



Theodoricus ille insigni animi & corporis fortitudine praeditus fuit. Cum autem fortunae bona deessent, Caroli Calui Cæsaris aulam secutus est, atque plurima indicia suæ uirtutis ubique exhibuit. Eo autem tempore Traiectensis praefulvis regionibus & locis, quæ à Carolo magno Episcopatuī erat tradita, non contentus erat, sed etiam loca uiciniora sibi subiçere statuit. Id cum Cæsar intellectuisset, Theodoricum hunc primum comitem Hollandiæ creavit, atque eī mandat, ut fines Imperij tueatur. Quædam etiam Episcopatuī detraxit, & huic comiti adiecit, Anno 878. Itaque Theodoricus sua prudentia & fortitudine effecit, ut eius loci indigenis gratissimus esset. Posteritas quoque eius perpetuas inimicitias cū Episcopis habuit, atque suam ditionem auxit. In ea contentione Cæsares ipsum Episcopum, reges autem Galliæ comites defendebant. Cum itaque multum humani sanguinis esset effusum, tandem cum Carolus quintus comes Hollandiæ & dux Brabantiae Cæsar crearetur, Episcopi eius loci unā cum suis subditis harum contentionum pertulsi, se & sua Carolo subiecerūt, atque tantum Ecclesiasticam iurisdictionem in ihs locis sibi reseruarunt. Hunc etiam contractum pontifex Romanus sua autoritate confirmauit. Cum ergo Theodoricus optimè eum comitatum administrasset, Theodoro filio moriens suam ditionem reliquit, qui etiam Frisiām huic Comitatui adiecit. Monstrus libro tertio.